# SEPTEM PSALMI POENITENTIALES, AD-IVNCTIS EX PROPHETARVM SCRIPTIS ORA-TIONIBVS EIVSDEM ARGVMENTI QVINQVE, AD DODECA-chordi modos duodecim, hac quidem ætate doctiorum quorundam Muſi-corum opera ab obſcuritate vindicatos, nihilominus quamplurimis adhuc incognitos, aptiſsima tam viuæ voci, quàm diuerſis Muſico-rum inſtrumentorum generibus harmonia accommodati.

AVTHORE
ALEXANDRO VTTENDAL, SERENISSIMI
Principis Ferdinandi, Archiducis Auſtriaci Muſico.

## DISCANTVS

CVM GRATIA ET PRIVILEGIO CÆSAREÆ
Maie. ad annos ſex.

NORIBERGÆ,
In officina Theodorici Gerlatzeni.

M. D. LXX.



BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

# AD SERENISSIMVM ILLVSTRISSIMVMQVE PRINCIPEM FERDINANDVM, ARCHIDVCEM AVSTRIÆ, DVCEM BVRGVNDIÆ, &c. COMITEM FLANDRIAE, ET TYROLIS, &c. DOMINVM SVVM CLEMENTISSIMVM.

SVO QVEMQVE STVDIO VITÆQVE INſtituto impensè delectari debere, Princeps Sereniſsime, cum aptiſsimo Græcorum prouerbio doceat Cicero: Quam quiſq;, inquiens, norit artem, in hac ſe exerceat: tum quoq; ipſa monet ratio, quæ niſi à rebus, quarum ſumus imperiti, manus abſtineamus, & in his dũtaxat exercendis uerſemur, quæ nobis cognita aliquatenus ſunt, non eſſe quod laudem aliquam nos aſſequuturos confidamus, ipſa demonſtrat experientia. Ego itaq; cum ab ineunte ætate me in Muſices ſcientia ita exercuerim, ut aliquatenus (abſit tamen dicto inuidia) me profeciſſe intelligam, non ab re fore exiſtimaui, ſi grato aliquo Harmoniæ lenocinio ſalutaria quædam ſacræ paginæ præcepta, quæ neq; minimum ad confirmandam fidem, & conſtabiliendam in aduerſis tolerantiam conducere uiderentur, commendatiora, tibi vt mei ingenij primitias, Sereniſsime Princeps, hoc tempore potius offerrem, quàm inutilia quædam, & ad mollitiem

effœminandumq́; animum compoſita, proponerem, hoc inquam tempore, quo niſi illud Epicteti, ἀνέχου καὶ ἀπέχου, tanquam vtiliſsimam ſapienter gubernandi regulam, potentiſsimi illi, Romaniq́; imperij aliquot abhinc ſeculis Monarchæ ſapientiſsimi, illi, dico, ex Habſpurgica proſapia prognati Archiduces Auſtriaci, longè fœliciſsimi, ſemper & in hunc vſq́; diem probè meminiſſent; extremas proculdubio vaſtitates, bellorum incendijs, quibus vt totus penè orbis Chriſtianus nunc quidem conflagrare, ita breui admodum extinctum iri (quod Deus auertat) videtur, iam diu effeciſſent. Arripui itaq́; Pſalmos, quos Eccleſia vocat pœnitentiales, ſeptem, Quibus propter argumenti ſimilitudinem adieci orationes quinq́;, hinc inde ex Prophetarum ſcriptis deſumptas: idq́; ea potiſsimum de cauſa, vt numerus impleretur modorum Muſicorum duodenarius, non mea ſolum, ſed clariſsimi doctiſsimiq́; illius Glareani, nec non eruditiſsimi viri Ioſephi Zerlini, quem vtrumq́; ſine præfationis honore mihi nominare eſt religio, ſententia perfectiſsimus. Eiſdemq́; hoc, quodcunq́; ſuauitatis & gratiæ contulimus, tuæ Serenitati vel ea de cauſa dedicare libuit, quò tuo patrocinio ab inuidorum ſpiculis, criticorumq́; quorundam faſtuoſo ſupercilio tutum eſſet, & ornamentum non exiguum illi, ex tuæ Serenitatis fauore accederet, meusq́; ad offerendum alia, quæ ad excuſſum doctiorum iudicium nondum maturuerunt, animus in poſterum accenderetur. Quod faxit ſummus ille ingeniorum excitator Deus Opt. Max. quem quoq́;, vt tuam Serenitatem in multos annos, Reipublicæ Chriſtianæ

maximo

maximo commodo, incolumem ſeruet, ardentiſsimis rogo votis ac precibus. Oeniponti, IIII. Nonas Februar. Anno ab incarnatione Domini ſupra Milleſimum quingenteſimum ſeptuageſimo.

Illuſtriſsimæ Serenitatis veſtræ

Addictiſsimus ſeruus

Alexander Vttendal.

# Ad Lectores.

NON dubium eſt, Lectores candidi, quin titulus noſtro huic operi *præfixus, quamplurimos ſua raritate ad diuerſas cogitationes ſit deducturus. Quorum ſicut nonnullos obliqua mentis ſuæ opinione deceptos, ſi melioribus rationibus inſtruantur, eò induci poſſe cenſeo, ut depoſito tandem affectu, noſtris ſtudijs æquiores fiant, pedibusq; in eandem nobiſcum euntes ſententiam, ad hoc exemplar longe quoq; meliora (nihil enim hic eſt tam ornatum, quod expoliri, nihil tam perfectum, cui incrementum accedere poſſe inficior) meditari queant: Sic nec pertinaces peruerſiq; ingenij ſciolos defuturos certo ſcio, qui in hancce noſtram Praxim ingrati & maligni, uix conſpecto titulo, Laconico Ephororum pſephiſmate me unà cum Terpandro digniſſimum, ut priſcæ Muſicæ corruptorem, clamabunt: ut pote, qui contra multis abhinc annis, uel clariſſimorum alioquin Muſicorum iudicio receptam opinionem, hiſce meis cantionibus, tanquam exemplis, Dodecachordi recens admodum (ſi uera autumant) inuenti, defenſionem ſuſcipere, atq; octo illis tanta exercitatione, tam diligenti quoq; artificio celebratis cantionum modis, integros quatuor temere adijcere non uerear. Huiuſmodi ſane deprauata hominum iudicia inſtitutionem noſtram & uoluntatem ardentem ita reddunt difficilem, ut niſi conſtanti & naturali, ipſius inquam ueritatis ratione, rerumq; experientiæ confirmato uſu, artis Muſices ſtudioſos ſic inſtruxerim, ne ulla moleſtia aut acerbitate deſpondentes animum, ſuum deſerant officium, plane eam relinquere, uictusq; manus dare cogar. Siquidem ſi ea, quæ exacti iudicij emunctæq; naris hominibus fidem factura ſunt, ad uiuam rationem, tanquam ad Lydium lapidem, explorare neceſſe eſt, quid in extirpanda prauæ opinionis, quam ſine aliqua ratione rudis & ſegnis ingenij uulgus ſemel imbibit, pertinacia fieri debere cenſes? Verum poſteaquam multas paginas diſputationibus complere ſuperuacaneum, & contentionibus hoc tempore abſtinere, uel ea de cauſa ſatius eſſe duxerim, quòd nihil ferè huic conducens propoſito in medium proferri queat, quod non ſumma diligentia, & laude ſingulari tractarint huius artis præclariſſima duo lumina, Henricus Glareanus, & poſt hunc Ioſephus Zarlinus, uiri doctiſſimi, & de Philoſophia ueteri, artibusq; mathematicis, nec non humanioribus literis optimè meriti, ut idem utriusq; teſtantur opera excultiſſima: quorum ille tribus integris ad hoc mira arte compoſitis uoluminibus, omne Dodecachordi negotium per Mathematicas rationes, argumenta firmiſſima, ac præcepta luculentiſſima,*

luculentiſsima, ita tractauit, ut nihil prorſus, quod ad ſolidam illam, immutabilemq́;, & deniq; neceſſariam duodecim Modorum facere poteſt aſſertionem, deeſſe uideatur: hic uerò quatuor ſuis de Harmonica inſtitutione libris, non minus elegantibus, quàm uaria eruditione refertis, eiuſdem cum Glareano ſententiæ, probam eſſe, ex Platone, Ariſtoxeno, Boëthio, alijsq́; authoribus fide digniſsimis, antiquitatis inſtitutionem multis teſtimonijs, apud ſuæ gentis Muſicos ſic euicit, ut nullus ferè hoc tempore Italorum ſit (modò aliqua in parte Muſices uerſatus) qui cum eodem una mente & uoce non conſentiat: nec id quidem iniuria: cũ luce clarius ſit, quòd hi, qui ſecus tradunt, octo illis modis, quos adeo ſtrictè ſe obſeruare profitentur, nimis temere abutantur. Docent enim, eum, qui practicis eſt tertius, in A, quintum uero cum ſexto modos in F, neceſſariò finire. Quorum poſterius hoc concedendum quidem illis eſt, ea lege, ut in locum clauis b ſuccedat ♮. Dubium enim non eſt, ſi cuiuis ex modis addamus clauem b, alium prorſus habebimus cantum. Vt exempli gratia, additione b ad ſeptimum, fit haud dubie ex eodem primus, nec minus eadem ratione octauus mutabitur in ſecundum: & tunc huiuſmodi modos transpoſitos uocamus, nec diſsimile de cæteris erit iudicium. Abundè ergo dico, meis uotis ſatisfactum eſſe tunc putabo, ſi aliquando hoc meo conatu, ad exemplum Clariſsimi Zerlini, qui iam id, quod tantopere expecto, fœliciſsimo opere præſtitit, Germanos quoq; (qui hac ætate nulli etiam nationi ingenij fœlicitate, luculentiſsimis ſuis omnium diſciplinarum undiq; indies prodeuntibus in lucem uoluminibus, ſe cedere manifeſtò oſtendunt) hiſce meis lucubratiunculis ad Glareani lectionem inuitare queam: Quò ſic tandem maturioris ingenij Muſici, hoc meo exemplo excitati, ad hanc artem hactenus uel prorſus incognitam, uel obſcurè ſanè adhuc ſub denſa quadam caligine latentem, ſtabiliendam, & ad duodecim modis abſolutum ædificium extruendum, non nihil auxilij apportarent. Inter quos & ego propter hunc qualemcunq; laborem, non ut in artificum numero ſim, cæmentarijs tamen adnumerari non faſtidio. Cæterum uos Candidi lectores, eo hæc à nobis, quo elargiuntur, accipite animo, rectoq; iudicio rem ipſam diligenter, & omni animi ambiguitate & inuidia, quæ mentis aciem præſtringere, ueritatemq; maxime impedire ſolent, ſublata, perpendite. Nihilq; uos moueat, quòd proba materia inelegantem ſortita ſit artificem. Nam poſtquam popularem auram hoc opuſculo uenari non decreuerim, unicum pro labore præmium, ſi mihi reponatur, ſufficiet, cũ ſcilicet me à ſanioris iudicij hominibus, tanquam ipſa quæ ſemper emergit ueritate, naturaliq; ratione fretum, in hac rara, paucisq; audita opinione confirmari intellexero. Bene ualete, & læti beneuoliq; hac noſtra opella iucundiſsime fruimini.

INDEX

# INDEX PSALMORVM
## ET ORATIONVM, CVM SVIS IN PARTES DISTRIBVTIONIBVS.

### PRIMVS PSALMVS.


Domine ne in furore. 1
2 Conuertere Domine. 3
3 Diſcedite à me omnes. 5


### SECVNDVS PSALMVS.


Beati quorum remiſſæ. 7
2 Delictum meum. trium vocum. 9
3 Intellectum tibi dabo. 11
4 Multa flagella peccatoris. 12


### TERTIVS PSALMVS.


Domine ne in furore. 13
2 Miſer factus ſum. 15
3 Amici mei & proximi. 2.&3. Vocũ. 17
4 Quoniam in te Domine. 19
5 Inimici autem mei. 21
6 Ne derelinquas me Domine. 22


### QVARTVS PSALMVS.


Miſerere mei Deus. 23
2 Tibi ſoli peccaui. 25
3 Aſperges me Domine. 27
4 Cor mundum crea in me. 29
5 Libera me de ſanguinibus. 31
6 Benigne fac Domine. 33


### QVINTVS PSALMVS.


Domine exaudi orationem. 34
2 Quia defecerunt. 35
3 Similis factus ſum. 36
4 Dies mei ſicut umbra. 37
5 Quoniam placuerunt. 38
6 Scribantur hæc in generationem. 39
7 Reſpondit ei. 41
8 Initio tu Domine. 42

# INDEX.


SEXTVS PSALMVS.

De profundis clamaui. 43
2 Suſtinuit anima mea. 45
3 Quia apud Dominum. 46

SEPTIMVS PSALMVS.

Domine exaudi orationem meam. 47
2 Memor fui dierum. duũ vocũ. tacet. 49
3 Velociter exaudi me. 50
4 Eripe me de inimicis. 51

ORATIO PRIMA.

Ne reminiſcaris Domine. 53
2 Parce Domine. 54

ORATIO SECVNDA.

Domine patiens, & multæ. 55
2 Dimitte obſecro. 56

ORATIO TERTIA.

Quæſo Domine Deus coeli. 57
2 Et ego & domus patris. 59
3 Memento uerbi, quod. 60
4 Et ipſi ſerui tui. 61

ORATIO QVARTA.

Ecce nos uenimus ad te. 63
2 Confuſio comedit. 65
3 Dormiemus in confuſione. 66

ORATIO QVINTA ET VLTIMA.

Scio Domine. 67
2 Corripe me Domine. 68
3 Effunde indignationem. 69.

# PSALMVS POENITENTIALIS PRIMVS.




quoniam infir mus ſum, ſana me Do mine ij
Do mine, quoniam conturbata ſunt oſ ſa mea conturbata ſunt ij
oſſa me a Et ani ma me a contur bata
eſt ualde, ſed tu Domine uſquequo ij. ſed tu Domine uſ-
quequo?


Onuertere Domine, & eripe ani mam meam,
ſaluum me fac, propter miſericordiam tuam ij
miſericordiam tu am. Quoniam non eſt in morte qui memor ſit tui,
in inſerno au tem quis conſitebitur tibi? Laboraui
ij labora ui in ge mitu meo, lauabo per ſingulas noctes le-


ctum meum, lachrymis me is ij; lachrymis meis ij;
ſtratum meum ri gabo. Turbatus eſt à furore à furo re ocu-
lus me us me us, inueteraui ij;
inter omnes inimicos meos. ij


D
Iſcedite à me om nes, qui opera mini in iquita-
tem ij qui operamini ini quitatem, diſcedi-
te à me omnes, qui operamini ini quitatem, quoniam
exaudi uit Dominus uocem fletus mei. Exaudiuit Dominus deprecati-
onem meam deprecationem meam, Dominus orationem meam ſuſcepit o-


rationem meam ſuſcepit. Erubeſcant & conturbentur uehemen ter erubeſcant &
conturbentur uehemen ter omnes ini mici me i, conuertantur &
erubeſcant ij ualde uelociter ij
ual de uelociter. ij

# PSALMVS POENITENTIALIS SECVNDVS.




a oſſa mea dum clamarem tota di e tota di e, Quoniam die ac
nocte ij grauata eſt ſuper me ij
manus tua, conuerſus ſum in ærumna me a, dum configitur ſpina.


E lictum me um cognitũ ti bi fe ci, ij
& iniuſticiam meã non abſcondi, Dixi confite-
bor aduerſum me iniuſticiam meam Domi no, & tu remiſi ſti impietatem pecca ti
me i, pro hac orabit ad te omnis ſanctus ij in tempo-
re opportu no, ueruntamen in diluuio aqua rum multa rum, ad eum non


approximabunt, ij tu es refugium meum à tribu-
latione, ij quæ circundedit me ij quæ circun-
dedit me, ij Exultatio me- a, ij E-
ru e me ij eris e me à circundan tibus me ij
à circundan tibus me ij à circundantibus me.


I Ntellectum tibi dabo & inſtruam te ij & inſtru am te
in uia hac qua gradieris, firmabo ſuper te o culos me os, ij.
nolite fi eri ij no-
lite fieri ſicut equus & mulus, quibus nõ eſt intellectus intellectus, in chamo & fre-
no & freno, maxillas e orum con ſtringe, qui non approxi-
mant ad te ij qui non approximant ad te ad te.


M
Vlta flagella pec- catoris multa flagella pecca-
ca to ris, ſperantem autem in Domino ij
miſe ricordia cir cunda bit, lætami-
ni ij in Domino, & exultate iuſti, & gloriamini ij
& gloriamini omnes recti corde, lætamini ij in Domino, & exul-
tate iuſti, & glori amini omnes recti cor de omnes recti corde.

# PSALMVS POENITENTIALIS TERTIVS.




eſt pax oßibus meis à facie peccatorum meorum, Quoniam iniquitates me-
æ ſupergreſſæ ſunt caput me um, & ſicut onus graue gra uatæ
ſunt ſuper me, putruerunt & corruptæ ſunt ij
cica trices meæ à facie à facie inſipien tiæ me æ.


Iſer factus ſum ij
miſer fa ctus ſum
ij & curuatus ſum uſq; in finem, to ta die ij
contriſtatus ij ingrediebar, ij Quoniam
lumbi mei impleti ſunt illu ſionibus, & non eſt ij
ſanitas in carne mea, afflictus ſum & hu miliatus ſum nimis,


rugi ebam à gemitu cordis mei cordis me i, Domine ante te omne - deſi-
derium me um, & gemitus meus à te non eſt abſcon di tus, cor meum con-
turbatum eſt con turba tum eſt, dereliquit me uirtus mea, & lumen oculorum meo-
rum, & ipſum non eſt mecum.


A
Mici mei & proximi me i aduer-
ſum me appropinquauerunt, & ſte terunt, & qui iuxta me erant de longè
ſteterunt, & uim faciebant, qui quærebant ij qui quæ-
rebant ij qui quærebant animam me am, & qui inquire-
bant ij mala mihi, locuti ſunt uani tates, & dolos tota die


medita bantur; Ego autem ego au tem tanquam ſur-
dus non au diebam, & ſicut mu tus ij non aperi-
ens os ſuum, & factus ſum ſicut homo non audiens, & non
habens in ore ſuo ij re- dargu tiones redar-
gu tio nes:


Voniam in te in te Domine ſperaui ſpe ra-
ui, tu exaudies me Domine Deus me-
us, quia dixi, ne quan do ſuper ſuper gaudeant mihi ini mici me-
i, & dum commouentur pedes mei, ſuper me magna locuti ſunt,
Quoniam ego in flagella paratus ſum, & dolor meus ij & dolor


meus in conſpectu meo ſemper, Quoniam in: iquitatem annuncia
abo, & cogita bo pro peccato meo. ꝟ.


INimici autem mei ui uunt, & confirmati ſunt ſuper me, & mul-
tiplicati ſunt ij qui oderunt me ini que in i-
que, qui retribuunt ma la pro bonis, detrahebant mihi, ij Quoniam ſe-
quebar bo nitatem bonita tem ſequebar bonita tem ij
ſequebar bo nitatem. ij


NE derelinquas me Domi ne Deus meus ne derelinquas me Domine De-
us me us, ne diſceſ ſeris à me ne diſceſ ſeris à me,
Intende in adiutorium meum ij Do mine
Do mine Deus ſalutis meæ ij
Deus ſalutis Deus ſalu tis me æ.

# PSALMVS POENITENTIALIS
## QVARTVS.




ab ini quitate mea ij mea
a, & à peccato meo munda me, Quoniam iniquitatem me am ego co=
gnoſco, ij & peccatum meum contra me eſt
ſemper & pecca tum meum ij contra me eſt ſemper.


Ibi ſoli pecca ui ij
peccaui, & malum coram te feci ij
& malum co ram te feci, ut
iuſtifice ris in ſermonibus tuis, & uincas cum iudica ris, Ecce e-
nim in ini quitatibus conceptus ſum ij conce ptus ſum.


& in peccatis concepit me mater me a. Ecce enim ueritatem di-
le xiſtis. incerta & occulta ſapien tiæ tuæ manifeſta-
ſti mihi ſapientiæ tu æ mani feſtaſti mihi.


Sperges me Domine Hyſo po,& mundabor, la-
uabis me, ij & ſuper niuem dealbabor & ſuper niuem ij
dealbabor ij & ſuper niuem dealbabor, Auditui me-
o da bis gaudium & lætitiam, ij
& exulta bunt ij oſſa humiliata, ij


Auerte faciem tu am à pec-
catis meis ij à peccatis meis & om nes
ini quitates meas dele ini quitates meas de le.


C
Or mundum crea in me Deus, ij
& ſpiritum rectum ij innoua in ui-
ſceribus ij meis, ne proijcias me à facie
tua, & ſpiritum ſanctum tu um ne auferas à me, Redde mihi
lætiti am redde mihi læ ti tiam ſalutaris tu


i, & ſpiri tu principali confirma me, & ſpiritu principali confirma
me, Docebo docebo iniquos ui as tu as, & impi-
i ad te conuer tentur & impij ad te conuertentur & impij ad
te conuertentur.


Ibera me de ſanguinibus De us
ij Deus ſalutis me æ ſalutis
me æ, Et exultabit ij & exultabit lingua mea iuſticiam
tuam, Do mine labia mea aperies, annunciabit ij laudem tu-
am annunciabit ij laudem tuam, Quoniam ij quoniam ſi uo-


luiſſes ſacrificium, ij de diſſem utique, holocauſtis non delectabe-
ris, ij ſacrifi cium Deo Spiritus contri bulatus ij
contri bulatus, cor contritum & humiliatum Deus non deſpi cis
es ij Deus non deſpicies.


B
Enigne fac Dómine in bona uoluntate tua Sion, ij
ut ædifi centur muri Hieruſalem muri Hieru ſa-
lem, Tunc acceptabis ſa crifici um iu ſtiti æ, oblatio nes & ho-
locauſta, tunc imponent ſuper altare tuum uitu los, tunc imponent ſuper alta re tu-
um ui tulos ſuper altare tuum uitulos.

# PSALMVS POENITENTIALIS QVINTVS.




Q Via de fecerunt ſicut fumus di es mei quia de fecerunt,
ſi cut fumus dies me i, ij
& oſſa me a ſicut cremium a ru erunt,
percuſſus ſum ut fœnum, ij & aruit cor meum, Quia ob-
litus ſum com edere panem meum, à uo ce gemitus mei ad hæſit os meum carni meæ.


S
Imilis factus ſum ij pelli cano ſolitudi nis ſolitu-
dinis, factus ſum ſicut nycticorax in domici lio, uigilaui ij uigilaui, &
fa ctus ſum et factꝰ ſum ſicut paſſer ſolitarius in tecto, tota di e exprobrabāt mihi ini-
imi ci mei, imi mi ci me i, & qui laudabāt me, aduerſum me iu-
rabant, quia cinerem tanq̄ tanq̄ pa nē mãducabam, & potū meū cū fletu miſce bã, à facie
iræ, & indignatio nis tuæ, Quia eleuans alliſi ſti me alliſiſti me.


DIes mei ſicut umbra declina uerunt, & ego ſicut
ſœnum arui. Tu autem Do mine in æternum permanes, & memoria
le tuum in gene ratione & genera tionem. Tu exurgens mi ſerebe
ris Sion, quia tem pus ij quia tempus miſerendi eius, quia
uenit tempus.


Voniam placuerunt ſer uis tuis ij.
lapides eius, & terræ eius miſere buntur, Et timebũt gentes nomẽ Domini
nomen Domini, & oẽs reges ter ræ gloriam tuam. Quia ædificauit Dominus Sion, & uidebitur ij
in gloria ſua in gloria ij ſua in gloria ſu a. Reſpe-
xit in orationem humilium reſpexit in oratio nem humi lium, & nõ ſpreuit ij
precem eorum & non ſpreuit pre cem e orum.


SCribantur hæc in generatio nem alteram, & populus qui
crea bitur, laudabit Dominum laudabit Dominum, ij
Qui a Dominus de cœlo in terram a ſpexit ij
in terram aſpe xit, ut audiret gemitus compedito-
rum, ut audi ret gemitus compeditorum, & ſolueret filios interemptorum,


& ſolueret filios interempto rum, ut annunciet in Sion nomen
Domini, & laudem eius ij & laudem eius ij
in Hieruſalem, in conueniendo populos in unum, ij
& re ges ut ſeruiant Domino.


R Eſpondit ei in uia uirtutis ſuæ ij
reſpondit ei ij in ui a uirtutis ſu æ,
paucitatem dierum meorum nuncia mihi ij mi bi.
Ne reuoces me in dimidio dierum meorum ne reuoces me in dimidio dierum meo-
rum, in genera tione & genera tio nem anni tui. ij


I Ni tio tu Domine terram fundaſti, & opera manuum tuarum ſunt
cæ li. Ipſi peribunt, tu autem permanes, & omnes ſicut ueſtimentum ueteraſcent ij
ueteraſcent. Et ſicut opertorium mutabis eos mutabis eos, ij
& mutabun tur, tu autem idem ipſe es, & anni tu i non defici-
ent. ij Filij ſer uorum tuorum habita-
bunt, & ſemen & ſemen eorum in ſeculum dirige tur dirigetur in ſeculum dirige tur.

# PSALMVS POENITENTIALIS
## SEXTVS.




onis meæ. Si ini quita tes: obſeruaueris Domine, Domine ij
quis ſuſtine bit ij quis ſuſti nebit ij quis
ſuſtine bit? Quia apud te ij propitia tio eſt, &
propter legem tu am ſuſtinui te Domine ij ſuſtinui
te Domine.


Vſtinuit anima mea in uer bo eius ij
in uerbo eius, ij ſperauit ij ſperauit anima mea in Domi-
no ij ſperauit anima mea in Do mino. A cuſtodia
ij ma tutina à cuſtodia matutina uſq; ad noctem, ij ſperet
ſperet Iſraël in Do mi no ſperet Iſ raël in Domino.


Q Via apud Dominum miſericordia miſericordia quia apud Domi-
num miſe ricor dia, & copioſa ij & copioſa &
copioſa apud eum redemptio. Et ipſe redimet Iſ raël ij
ex omnibus iniquita tibus eius ex omnibus ij
iniqui tatibus eius ex omnibus iniquitatibus e ius eius.

# PSALMVS POENITENTIALIS SEPTIMVS.




in conſpectu tuo omnis uiuens. Quia perſecutus eſt inimicus animam me-
am, humili auit in terra uitam meam. Collocauit me in obſcu ris ij
ſicut mortuos ſæculi, & anxiatus eſt ſu per me ſpiritus meus,
in me turbatum eſt ij in me turbatum eſt cor meum in me turbatum
eſt ij cor meum. ij

Secunda Pars
tacet.


V
Elociter ij uelociter ij exau di me Domine, defecit ſpiritus meus.
Non auertas faciem tu am à me, & ſimilis ero deſcendentibus in lacum. ij
Auditã fac mihi ma ne ij miſericordiam tuam, qui
a in te ſperaui ij quia in te ſpe raui. Notam fac mihi uiam
in qua ambulem, quia ad te leuaui animam ij meam ani mam meã.


E
Ripe me de inimicis meis de inimicis meis Do mi-
ne eripe me de inimicis meis Domine, ad te conſu-
gi, doce me facere uoluntatem tuam, quia Deus meus es tu ij
quia Deus meus es tu. Spiritus tuus bonus dedu cet
me in terram re ctam, propter nomẽ tuum Domine ij


uiui ſicabis me ij uiui: ſicabis: me in æquitate tua. Educes de tribu-
latione animam meam, & in miſeri cordia tua diſperdes ij diſ-
perdes omnes inimicos meos omnes inimicos meos. Et perdes omnes qui tribulant ani-
mam meam qui tribulant animam meam, quoniam ego ſer uus tu us ſum.
quoniam ego ſer uus tuus ſum.

# ORATIO POST POENITENTIALES PSALMOS prima, quæ in Eccleſia Antiphona vocari ſolet.




P
Arce Domine, ij parce populo tuo, ij quem
redemiſti ij precioſo ſanguine tuo quem re demiſti ij precioſo
ſanguine tu o, ne iraſcaris no bis ij no bis
ne iraſca ris no bis in æternum ij in æternum ij ij
in æternum ij in æternum ij in æternum.

# ORATIO SECVNDA, QVAM PRO PECCATO populi orauit Moyſes, Nume. 14.




D
Imitte obſecro peccatum populi huius dimitte obſecro pecca-
tum populi huius populi huius, ſecun dum magnitudinem miſeri-
cordiæ tuæ, ij ſicut propitius fui ſti egredi entibus de
Ae gypto ij egre dientibus de Aegypto, ij
uſq; ad locum iſtum ij uſq; ad locum iſtum.

# ORATIO TERTIA, NEHEMIÆ Prophetæ. Nehemi. 1.




ſerui tui, quam ego o ro coram te hodie die ac noſ
ſte, pro filijs Iſra ël ſer uis tuis, & confiteor pro pec-
ca tis fili orum Iſraël, quibus peccauerunt tibi ij quis
bus peccauerunt ti bi ij quibus peccauerunt tibi.


T ego & domus patris mei peccauimus, uanitate ſea
ducti ſumus, & non cuſtodiuimus mandatum tuum ij man
da tum tuum, & ceremonias, & iudi cia, quæ præce piſti ij
Mo yſi Mo yſi famulo tuo. ij


Emen to uerbi ij memento uerbi, q̃ mãdaſti Moyſi ſeruo tuo, di-
cens, cũ tranſgreßi fueritis, ego diſperdã uos ij ego diſperdam uos in popu-
los, Et ſi reuertamini ad me, & cuſtodia tis p̄ræcepta me a, & faciatis e-
a, etiamſi abducti fueritis ad extrema cœ li, inde cõgregabo uos, ij
& reducã in lo cum, quem elegi, ut habitaret nomen ibi ij
ij ut habitaret nomen i bi nomen i bi.


T ipſi ſerui tu i ij
& i pſi ſerui tui, & populus tuus ij tu-
us, quos redemiſti in forti tudine tua magna, & in manu tua ua lida.
Obſecro Do mine, ſit auris tua attendens ad ora tio-
nem ſerui tui ad orationem ſerui tu i ſer ui tui


i, & ad orati onem ſeruorum tu orum, qui uolunt time=
re nomen tuum qui uolunt time re nomen tuum, & dirige ſeruum tuum
hodie & diri ge & dirige ſeruum tuum hodie, & da mihi miſericor di=
am miſeri cordiam ij miſericor diam
miſeri cordiam.

# ORATIO QVARTA, HIEREMIÆ Prophetæ. Hieremi. 3.




tium mon tium & multitu do mon ti-
um, uerè in Domino Deo noſtro ſalus Iſ ra ël ſa lus Iſraël ij
ſalus Iſ raël ij ij ſalus Iſ raël.


C Onfuſio come dit laborem confuſio come-
dit laborem patrum noſtro rum ab adoleſcentia noſtra ij
no ſtra, greges eo rum, & ar-
menta eorum, ij filios ij eorum
filios eorum, & filias e orum eorum.


D
Ormiemus, ij in confuſi one ij noſtra, & operi-
et nos igno minia no ſtra, quoniam ij Domino Deo noſtro pec cauimus.
nos & patres noſtri ab adoleſcen tia noſtra, ij uſq; ad diem hanc, ij
& nõ audiuimus ij ij uocẽ Domini no-
ſtri no ſtri uocem Domini ij no ſtri uocem Do mini no ſtri.

# ORATIO QVINTA, EIVSDEM PROPHETÆ Hieremiæ. Hierem. 10.




Orripe me Domine ij
corripe me Domine Do- mine, uerunta-
men in iudicio, ij & non in furore tuo ij
ij & non in furore tuo & non in fu- rore tu-
o, ne forte ad nihilum redigas me. ij ij


Effunde indignationem tuam ſu per gentes, ij
quæ non cognouerunt te, ij & ſuper popu-
lum, ij qui non cognouerunt nomen tu um ij
tu um. Gloria pa tri, & fili-
o, & ſpiritu i ſan cto, ſicut erat in principio,




# FINIS.